



59779




Mag. St. Dr.

P

~~Teol. 4277~~

Przewoski francisci Josephi: Quaestio theologica
de dominio liberi arbitrii supra suos actus
et bonitate ac malitia eorumdem.



In Nomine Domini, Amen.

Q U Æ S T I O
T H E O L O G I C A,

D E

59779^{III}

DOMINIO LIBERI ARBITRII,
SUPRA SUOS ACTUS, ET BONITATE
AC MALITIA EORUNDEM,



Ex D. Thoma Decerpta:

1

M. FRANCISCO IOSEPHO

P R Z E W O S K I,

SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATO,
& Professore Zielonecensi,

Ecclesiæ Collegiatæ S. ANNÆ Deca-
no, Scholastico Curelouensi, Contubernij
Hierosolymitani Prouisore, Uniuersi-
tatis Cracouien: Procuratore,

P R O

DOCTORATV IN SACRA THEOLOGIA,

publicè ad disputandum,

P R O P O S I T A,

In Ecclesia Collegiata Diuæ ANNÆ.

Anno à Natiuitate Domini, M.DC.LXXXIV.

Mense Ianuario, Die 27. Horâ 14.

C R A C O V I Æ, 0.
T Y P I S V N I U E R S I T A T I S.

QUÆSTIO

THEOLOGICA,

De dominio liberi arbitrij supra suos actus, & bonitate ac malitia eorundem.

V Liberum hominis arbitrium in regno animæ supra suos actus, tam Ordinis naturalis; quam supranaturalis, dominiū obtinens, illud cum dependentia a præuia Dei motione, quasi Physicè concurrente salua sua libertate ita exercet; vt bonitas illorum in Deum, malitia verò in hominis voluntatem, sit referenda; Necne?

CONCLUSIO I.

Liberum hominis arbitriū in regno animæ obtinet dominiū super suos actus, tam ordinis naturalis; quam supranaturalis.

COROLLARIA.

I. Calvinistæ negantes hominē in suis actionib⁹ esse liberū pugnāt cum doctrina reuelata, naturali, & experimēto.

II. Licet voluntas humana habeat dominiū, supra suos actus; necesse st tamen dare dominiū supra dictos actus altius domino liberi creati.

III. Dominiū super actus supernaturales supponit in libero arbitrio auxilium Dei gratuitum.

IV. Liberum hominis arbitrium non solum habet dominiū supra actus elicitos, sed etiam imperatos.

V. Actus intelligendi, & volendi primo primi exempti sunt ab humani liberi arbitrij potestate.

CONCLUSIO II.

IN regno animæ liberum arbitrium hominis exercet dominiū supra suos actus, tam na-

turales, quàm supranaturales dependenter à prævia Dei motione quasi Physicè cōcurrente.

C O R O L L A R I A.

I. *Liberum arbitrium, & quoad esse, & quo ad operari dependet à Deo.*

II. *Non est possibile arbitrium hominis prodire in actū absq̃ Dei præmotione in voluntate hominis recepta.*

III. *Nec sufficit solus moralis Dei concursus, ut sequatur actus voluntatis liber.*

IV. *Liberum arbitrium nequit dici simpliciter primum se determinans.*

V. *Præmotio Dei non dependet ab hominis arbitrio.*

C O N C L U S I O III.

Libertas humanæ voluntatis in usu dominij supra suos actus dependente à prævia DEI motione remanet salua.

C O R O L L A R I A.

I. *Libertas humana voluntatis est participata.*

II. *Prævia Dei motio perficit humanæ voluntatis libertatem.*

III. *Præmotio Dei Physica ita determinat voluntatem hominis ad unum, ut relinquat indifferentem ad oppositū.*

IV. *Voluntas ita est domina suarum actionum, ut cuiusvis causa exterioris excludat violentiam.*

V. *Necessitas consequentiæ humanæ voluntatis, non tollit libertatem.*

C O N C L U S I O IV.

Bonitas actuum hominis liberorum, in Deum est referenda.

C O R O L L A R I A.

I. *Actus humani boni, siue naturalis, siue supernaturalis Ordinis, Deus est auctor.*

II. *Deus sub alia ratione concurrat ad bonitatem actus naturalis Ordinis, sub alia ad bonitatem supernaturalem.*

III. *Quod actus humani sint meritorij vitæ æternæ, id totum est à Deo.*

IV. Deum & voluntatem humanam concurrere, ad actionem partialiter non est admittendum.

V. Deus ad bonitatem actuum humanorum, etiã concurrit efficienter.

CONCLUSIO V.

MAlitia actuum liberi arbitrij in humanam voluntatem, est referenda.

COROLLARIA.

I. Actus moraliter mali, causa principalis est humana voluntas.

II. Impia, & blasphema hæresis est, constituere Deum esse authorem actus moraliter mali.

III. Sensus appetitus inferior & ratio non sufficiunt ad hoc, ut voluntas hominis in malum actum prodeat.

IV. Voluntas in exercendo actu malo morali, non est obnoxia coactioni.

V. Deus ad actus moraliter malos habet se permissiue

Cui sit Laus perennis.



SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS,
Magnifici, Perillustri, & Reuerendissimi Domini,
D. M. JACOBI BALTAZAROWIC,
inter Collegas Maiores, Senioris Patris,
SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATI,
Ecclesiarum, Cathedralis Cracouien: Canonici, Collegia-
tæ SS. Omnium Præpositi, Curati Profouien: Contuber-
nij Staringeliani Prouisoris, Studij Almæ Vniuersitatis
Cracouiensis,
GENERALIS RECTORIS.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0016938

原